



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.18. Retro. Ad humeros confugit, locus hic est opportunus, vbi sua peccatores onera deponant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

corporis eius, ipsam dedit caput super omnem Ecclesiam. Audis hic ducem ad cœlum delucentem. Si illò sibi sit accedendum, necesse est vt retro res à tergo sequens eum precedentem. Qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare: sic decernit amoris discipulus: cui subleuisti D. Gregorius: Ad hoc Dominus apparuit in carne, vt humanam vitam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Hoc ipsa Magdalena intendit stans retro secus pedes eius, nimirum declarare, quod de sub alis egredietur Satanae & de sub umbra vexilli illius, atque de itinere, quo secuta illum tendebat in ruinam: iam vero sub alas vmbraque refugiat Saluatoris, ostendens hunc se velle ducem sequi: cœlestem. Quocirca illo actu, cunctis renuntiat præteritis gressibus quibus sequi potuit & est secuta diabolum, carnis suæ seruauit delicijs, impulsibus obediuit mundi: modo verò non aliam ingredi proponit viam nisi iuxta directionem Christi, & per quacumque eam duxerit, voluptatum sellicet abnegationis, carnis suæ mortificationis, operù virtutis & sanctitatis. Sicut retro, & que dum malè ambulauerat quarebat vestigia reuera & vbi Christi vestigijs innixa percurreret viam vitamque per viam cucurrerat mortis. Ita sibi correspondet D. Aug. & D. Petrus Chrysol. quos ante retulimus.

1. Ioa. 1. 6.  
D. Greg.  
Lib. 21.  
Mor. c. 6.

VI.  
Quamam sit vera poenitentia.  
L. de Lap. sit.

Jacob P. milius.

Hic adlice quid agendum tibi sit, vt veram amplectaris poenitentiam: ab itinere nimirum deflectere debes quod insecutus es socius olim diaboli: viam autem ingredi mortificationis & tuarum abnegationis voluptatum Christi factus assecla. An tibi persuades Domine mi: (te D. Cypr. alloquitur:) securam tutamque esse poenitentiam, quam amplexus es, eodem gradieus in itinere quò prius, tuis in omnibus indulgens appetitibus, ipsè inhaerens conuersationibus & colloquijs, quæ tibi quondam fuerunt incommodo, cuiculis carnis tuæ per omnia complacens desiderijs, eadem sectando delicias mundi, lenocinia? Lamentari eum putemus ex toto corde, seipsum & stetitibus, & plangentibus Dominum deprecari qui lauacra quotidie celebrat? (balnea namque peccatoribus erant interdita, poenitentiam agere volentibus sicut ex doctrina Tertul. probat scholiastes D. Cypr. Qui epulis affluentijs passus, & sagina largiore discentus, crudelitatis suæ postritæ ruit, nec cibos & potus suos cum pauperum necessitate comunicat? An credis illum lamenta stetitumque suscipere, qui cum stomachu semper habeat oppletum ructu laborat assiduo, & ignorans ieiunium? illum qui soluto dormit summo, nec vi-

gilijs carnem affligit? Quid arbitraris, o Domina, istam te sequi per mentiam dum eadem mente reuoluis cogitationes, nihil aliud curans præter manes tuas leuitates tuarum homilia? An illa ingemiscit & plangit, cui vacat cultum pretiose vestis induere, nec indumentum Christi, quod periduli cogitare: accipere pretiosa ornamenta & monita elaborata, nec diuini & celestis ornatus damna distaret? Mutanda est vita, sollicitudines, exercitia & actiones. Alia oportet sicut & à præteritis diuersa, sicut differunt gressus quibus Christum sequaris oportet, ab illis quibus comes Satanae gressus eius viamque, sequebaris? Anima qua tristis est super magnitudinem mali, incedit curua & infirma, & oculi desidentes. (Sic consulit Baruch Propheta,) ex vbertate lacrymarum, de quibus alijs egimus, dum exponemus mutationem, quæ requiritur etiam in hoc ornatu exteriori, vt habemus ex D. Ambrosio verba vatis Ieremiae expendente de Ierusalem: dum enim stertum plantatumque, assumit peccatorum, omnia in illa conuertuntur: Subuersum est cor meum in membris: quoniam auaritudine plena sum. Sederunt in terra conuicti: senes filia Sion, conuerserunt cinere capita sua. Vera poenitentia quæ cordis intima lancinat, & replet amaritudine, se prodit exterius in gestu, in motu in conuersatione in colloquijs: si namque in his nulla sit mutatio, signum est nullam esse in corde mutationem. Hoc igitur est stare retro secus pedes Domini, re ipsa ostendere quod sequendo ducem priorem adeo contrarium, contrarij debeant esse gressus ipsi, quibus ante incedebat; opera, curæ exercitia quibus se impendit prioribus opposita.

Dan. c. 2.  
18.  
Tract. 1. p.  
2. §. 2. n.  
112. & seq.  
L. 1. de pan. c. 6.

Thren. 3.  
20.

§. 18. Retro. Ad humeros confugit, locus hic est opportunus, ubi sua peccatores onera deponant.

Secundum Magdalena declarauit hoc actu ad humeros Domini recurrendo, fidem nempe viuacissimam, quæ diuina gratia collustrata ter maximum cognouit redemptionis nostræ mysterium, quod in eo comprehenditur si confiteamur & intelligamus Dei Filium in mundum venisse, vt nostra in se susceperet peccata atque pro eis debita solueret fidei iussor. Tantum onus est vnus peccati mortalis, vt tota natura creata, licet adueniat & ipsa Angelorum. Seraphinorū, quos Deus creauit, suæque potest create cuncti potentia, vires non habeant, noui humeros vt illud sustollant onus, aut pro illo soluant ritèque satisfaciant. In statera appende peccatum vnicuique.

12. §. 1.

I. Quam sit pondus vnus peccati mortalis.

eum mortale, atque in altera quidquid viribus suis naturalibus effecerunt aut efficere potuerunt omnes homines, omnesque Angeli, non tamen hæc poterit alteram attollere. Colloca in hac vnicum mortale peccatum, atque in altera quælibet ieiunia, carnis castigaciones, lacrymas & opera penitentia, quæ homines exercuerunt vel poterunt exercere, imo etiam quis imaginati, consideratis naturæ viribus, hæc omnia quæcumque sint, aut esse possunt illius vnius peccati iustam nequeunt conferre solutionem, quatenus inde colligas quantum sit eius pondus quævis tibi admodum leue videatur. Non eleuabit quidquid boni tota potest operari natura, hominum, & Angelorum in statera positum, lancea in qua vnicum mortale peccatum appenditur: etenim pondus eius infinitam quandam continet malitiam, vt declatant Theologi.

Ad illud tollendum humeri requiruntur infinitæ potentia quales solius Dei esse cognoscimus, in eum finem Pater filium suum misit in mundum, vt in humeros suos pondus illud leuaret infinitum: *Posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum.*

*I. Sai. 53. 9.*

Verus est Deus, vnde opera quæ facturus esset pretium & valorem appenderent infiniti: quod si peccatum in ratione mali & offensæ quandam contineat infinitatem, hæc similiter in ratione boni habebunt infinitatē, vt accepta sint & diuinæ grata maiestati. Hoc Iob quibusdam explicauit verbis, quæ si superficiali attendamus, non exiguam continent difficultatem. Imponebant illi amici sui committentes, grana illius esse scelerata, instumq; pro his Dei supplicium: nec tantas esse penas, quas patiebatur vsculparum illius æquare enormitatem. Quibus Iob. res. oulet:

*Tob 6. 1.*

*Vinam appenderantur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera: quasi arena maris hæc grauior appareret. Vinam hoc mihi concedatur, vt appenderet Deus in statera ista omnia peccata mea, quibus iram illius audax prouocauit: atque in altera, tormēta quibus crucior, indubie cōstaret omnibus hæc tãto plus præponderare, quanto maior arena rû pondus atomum aut puluerem excedit leuissimû. Quid ais, ô Sanctissime Iob, quid desideras? an te fugit, tantû esse peccati pondus, vt vnum eorum cunctis præponderet penis, quas toleras, & tolerare tibi est possibile? imo Theologorum sententia est quod quævis inferni penæ sint infinitæ, omnes tamen in vnum collectæ, quas omnes dånati patiuntur, nõ exæquent supplicium quod vnius peccati mortalis reatus culpæq; demeretur: vnde desiniunt: quantûlibet tales sint illi cruciatus quod*

II.  
Quid Iob per hæc verba intellexerit

Deus tamen *Puniat citra condignum. Quis hoc explicet capiatque mysterium?*

Aduertamus cum D. Gregorio, quod minime conferat vel exæquet Iob dolores suos, quibus premitur, suis sceleribus in se consideratis: nam sic expensâ & appensâ nouit ipse nullum in se virtutum esse pondus, nec in tota natura, quod vni peccato iuste conferatur. Sed in duplicis statera pondere collocata: *Appendentur in statera. Quænam est illa statera (quærit D. Greg.) & l. 21. nisi Christus Redemptor noster: Quis alius statera nomine nisi mediator Dei & hominum exprimitur?* Hunc considera in duabus stateris, diuinitate & humanitate, quæ sustentatur, & quasi dependet ab vno supposito diuino, iuxta fidei Catholicæ confessionem: *Deus est ex substantia Patris, ante secula genitus: homo est ex substantia matris in seculo natus.* Eleganter hæc nobis Pater æternus disposuit in hac forma: quia statera symbolum est iustitiæ, etenim ad eius descensionem mulier depingitur manu librans stateras: atque in eum finem descendit Dei filius in mundum & in eo manifestus apparuit: *Ad ostensionem iustitiæ suæ: vt in egrè diuinæ iustitiæ satisfaceret atque in illo seruaretur ita iuste iustitiæ rigor, vt illi cum excessu quodam satisfaceret, conseruando pariter infinitam suæ misericordiæ bonitatem.*

Lib. 7. Mor. c. 1. & l. 21. c. 6.

III. Per stateram Christus intelligitur.

Rom. 3. 25.

Appende in vna statera huius libræ, nenpe humanitatis, omnia humani generis peccata eius nomine loquitur Iob: *Omnia peccata mea quibus iram merui,* atque in altera se licet diuinitatis, adijce omnia ieiunia, vigilias, lacrymas, dolores, carcerem, verbera, clauum, crucem & mortem: quia realiter Deus virtutum complectitur infinitatem, qui hæc omnia patitur, tanto grauius erit huius pondus, quam illius, quanto grauius est maris omnium arenatum quam pulueris vel arena pelagi: *Quasi arena hæc grauior appareret,* & verum dicimus, quod in ratione boni grauius appendebat vna lacryma, suspirium vnum, vnum ieiunium vnaque Christi vigilia, quia Deus erat, quam omnia scelerata, quæ sunt esse possunt in ratione mali. Quocirca extuberans & esse multumque excedens satisfactio pro cunctis illis, licet non daret nisi vnicam sanguinis sui pretiosi guttam, vel vnam effunderet lacrymam, vel semel tantummodo ieiunaret: imo si solum nostram induisset mortalitatem. Pendere quidam faceret numerus dolorum infinitus quos passus est, & sanguis quem effudit, adeo copiosus.

IV. Nostra peccata præponderat Christi statera.

Hinc oritur quod opera penitentia à nobis per acta, Christi opetibus adiuncta, atque in statera

V. Nostra T e t t a t e r.

opera ex  
Christo  
sua habet  
merita.

tera diuina illius essentia collocata, nobis illis per gratiam uisus, tantum accipiant pondus, ut ea que agimus siquidem ex se ne pilum appetere, pondus tamen continent, quod D. Paulus nominat æternum, ut eius intuitu, omne pondus culpæ longe superet: idcirco igitur ut nostrarum culpæ pondus Deus uinceret gratissimum, uoluit ut omnes in statera humanitatis Christi stauerentur, & hoc est quod ait: *Peccata in eo iniquitatem omnium nostrorum*: ut pondus meriti operum illius infinitum, quod, quia diuina erant, continebant, nostrarum pondus culpæ superaret. Hanc expendit Magdalena Theologia: quia uero humanitas nostri Saluatoris, cui peccata sunt imponenda, in humeris illius delignatur, sicut per faciem eius diuinitas, ad humeros confugit: q. d. iam capio mihi charissime Redemptor, mihi humeros non esse adeo fortes, quibus scelerum meorum pondus ipsa sustineam, hoc tuis tantummodo seruatur: quandoquidem quantumlibet multum & infinitum sit eorum pondus, in statera tamen tua positum humanitatis, ab illo superabitur quod est infinite maius, tuæ uidelicet diuinitatis: sic illa exonerat & huic impono statera, ut satisfactio, quæ mihi est omnino impossibilis ex infirmitate mea humana, in te fiat ex uirtute tuæ diuinitatis.

**¶** Præteritis diebus expendimus illa Psalmistæ *Supra Ho. 26. 5. 17. precabatur: Peccata ualde, sed precor Domine, ut transferas iniquitatem serui tui.* Notauimus a Davide intellectam fuisse cœlestem hanc translationis

VI. Theologiam, quam Deus esse facturus peccatorum ex nostris humeris in humeros filij sui nostri Saluatoris: cum enim nos peccauerimus, omne filio pondus imponit, ut pro illis soluat & satisfactionem exhibeat adeo perfectam ut ex illa tua sumit recipiat meritum & efficaciam.

Ni fallar eleganter hoc expr. sit Michæas uerbis quibusdam quibus prophetia suæ coronam imponit ut enim epilogum illi adderet gratiorem, eximium prædixit beneficium hominibus a Deo conferendum, quo nobis suum traderet filium, ut integrè solueret debita mortuum: *Quis Deus similis tui, qui auferat iniquitatem, & transferat peccatum reliquiarum hereditatis tuæ?* Communis hæc est interpretatio, quia Domine sicut tu, sic peccata transferet & offensas quibus te prouocamus? cum te quotidie offendamus, nostra hic transis peccata, ut cum numerum non habent, plures tamē fiat, quibus nos cumulas, tuæ misericordiae: Verbum illud *Transis* in Hebræo significat *Transferentis*, per quod in-

seruatur quantum nostra peccata diuina tranferat misericordia: est etenim superior illis infirmitas: quantumlibet enim graua sint diuina tamen cedunt infinitæ misericordiae.

Veritatem opinor ego illud hic indicari quod dixit David: *Transfer iniquitatem.* Quis similis tui Domine qui peccata seruorum tuorum & uilissimorum delicta mancipiorum transfers ab ipsis in filium tuum charissimum, decernens, ut quicquid illi commiserint, ipse pro eis satisfaciat. Quis audiuit unquam tale, aut uidit hunc simile, ut pater filium tradat charissimum in mortem ut ab illa seruum redimat seditiosum mortuū? *reus? O mira dignatio charitatis, ut seruum redimeres filium tradidisti!* Quis similis tui qui transfers peccatum? Et quomodo fiet illud? *Depone iniquitates nostras & proiecit in profundum maris omnia peccata nostra.* Depositarium quoddam eriget in quo omnia nostra colligat peccata, acque in profundo maris cunctas demerget iniquitates. Quid tibi persuades episcopi Patrem cœlestem suū mittendo filium? Hominem tradidit depositarium quoddam, in quo quisque suas reponeret iniquitates ut pro illis ipse satisficeret.

Aptè repetamus argumentum paulo superius *Ho. 1. 5. 3.*

expositum: nimirum, si Christum attendas inuenies eum pernis & doloribus uidequaque repletum, in capite spinis, in manibus & pedibus suis in clauis, in corpore flagris, in oculis uelo illos cœlestis regente, in ore felle & aceto. Ne mireris, etenim membris Patrem illum statuit, uelut commune quoddam culis passiarum omnium receptaculum: unde & penarum sit, omnium esse debebat, ut illis pro his ex rigore satisficeret: per hoc autem illud efficit, ut in profundum maris omnium nostrarum peccata demergeret, ut modo non uideantur, nec nobis bellum inferant atrocissimum. Rupertus opinatur hic spectari beneficium a Deo populo suo præstitum, quando educens illum de Ægypto Pharaonem eius, exercituum pelagi fluctibus absorbit infestis signis illum persequentes, sic ut ne quidem unum mortem ei aderet uita superstes: quod eodem modo Christus redemptor noster suorum pelago cruciatuum nostra demergeret peccata, sic ut nobis uictus bello minime perturbaret. Et hoc, inquit, propheta insinuauit: antequam enim hæc uerba prædicaret, Patrem cœlestem inducit loquentem: *Secundum dies ingressionis tuæ de terra Ægypti ostendam et mirabilia.* Quamnam hæc Domine mihi: sicut ibidem aquis maris potentiam deleui vitamque Pharaonis, sic ut illis uersus absorberetur: sic erit, inquit propheta, quod per aquas amarissimas passionis filij,

In cap. 7. Mich.

VIII. Allegoria de submersione Pharaonis.

Mich. 7. 23

filijs sui celebrabit: etenim illo patiente nostra demergentur peccata quantum infinita. Aliorum vero sententia est à Propheta morem hic quendam spectari, quem antiqui primis læculis obseruauerunt: quamuis enim purgandi peccata multis vterentur modis hic tamen erat frequentior, quo sordes suas eluebant, easque in profundum maris iniiciebant: hoc Iust Poëta Homerus Græcis versibus quos alius in latinum transtulit.

*At vero populos purgari iussit Atides.  
Hi purgabantur, muticabantque in mare sordes.*

Ceterum perspicuum est hic nobis ab illo proponi telementorem nostram, vt tormentorum pœnarumque pelagus, que tanta fuere, vt ore Davidis vere dixerit, *Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me.* In hoc mare nostra proiecit peccata: quandoquidem eo sine mysterium hoc decreuerit, quatenus per illud omnia illa submersa delerentur. Mare adeo profundum vt omnia mundi peccata, imo etiam decem millium mundorum nullum illic inueniant habeantque fundum: hic etenim patet, quam efficax sit passio Saluatoris, vt pro nostris culpis integrè satisfaciatur; mare etenim est sine fundo profundissimum: *Omnia flumina intrant in mare,*

*Psal. 68. 3.*  
*IX.*  
*Passio Christi*  
*mare est,*  
*in quo omnia nostra peccata demerguntur.*  
*Ecc. 1. 7.*

*Ps. 3.*

re, & omnia peccata nostra intrant in mare Domice Passionis: nam omnia in se suscepit suisque imposuit humeris per solentia. O Magdalena quam rapidum peccata tua fluxum effecerunt, quorū vanitatem culpamque fluxum profloat in mare hoc se exonerata, & scelerum suorum aqua: in hoc demersuta: illa in ipso reponat, quem Pater statuit eorum receptaculum: & quandoquidem illa ipse imponat humeris, quo deberet nisi ad humeros accedere: hic pedem figit, *Stans retro.* O quanta eius erat deuotio, quanta cordis teneritudine exclamabat: Domine mi, cognosce & meorum pondus fateor peccatorum quo premor heu misera nimis & in inferna demergo peritura? *Iniquitates meae supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, granata sunt super me.* Adsum illud humeris tuis impositura: si nam ego fuerim ipsa, superbia caput tuum spinis coronabitur; ego corpore luxuriosa tuum flagris perietur; ego gula inlatabilis, os vesò tuum selle & ace potabitur &c.

§. 19. Retro. Criminum suorum prodit dolorem; quando namque distinctè cognoscuntur, tantum ingerunt, quantum vidimus in Cain & videbimus in damnatis.

Tertiam modò profero ratio nem, eamque SS. PP. magis familiarem, quam neruosè prosequitur Diu. Gregor. eam nempe, quæ Magdalena, pudorem ostendit quò verecundabatur, nec se coram Domino palam ostendere præsumebat: si namque grauis est quo sponsa confunditur spoulo suo scædistraga, quando nouit eum alius esse conscium, nec in conspectu eius audeat confiteri, similiter & illa verecundiâ, quæ subditus vultum Regis erubescit, ob commissum proditio nis scelus quod infeligit. Regem minime lateret: quanto maiori confusione hæc mulier profundere tur coram celesti sponso in quem cognoscebat tantas se commississe proditio nes; & hæc famula coram Rege suo, cui fuerat adeo infidelis & scædistraga, tantorumque rea flagitiorum: composuit D. Thom. tractatum de verecundiâ in quo declarat quid sit & vnde procedat. Quid est verecundiâ? tumor est seu dolor nequis vilipendatur, seu contemptui habeatur: vt enim honor & nomen æstimatio diligitur, quam aliquis ex virtute assequitur: sic quisquis exhorret, timetque contemptum, qui ex commisso peccato nascitur. Hinc sequitur duas esse radices ex quibus ipsa generatur. Prima: aliquid committere quod malum est: etenim de bonis operibus nemo verecundatur.

Hinc nos monet Spiritus sanctus de quibus nos verecundari oporteat, & de quibus nequam. Dicit vt confundamur de rebus malis quarum ipse Catalogum recenset: *Reueremini in his operibus quæ procedunt de ore meo. Erubescite de fornicatione, de mendacio, de furto &c.* Et similiter multa profequitur de quibus mentò, talia committens, si erubescat. Porò nullatenus confundi debes de sanctis operibus legique Dei conformibus: etenim bona sunt, nec pat est vt quis de bono opere verecundetur: *Ne pro his confundaris de lege Altissimi Tract. 4. Et cetero.* Quæ declarauimus alia. Hinc collige non leue malum esse eius qui dicit: verecundor hosti meo remittere iniuriam, quod tamen Dominus in lege sua sanctissima præcipit: pudeat me humilem esse: confundor amore Dei perferre calumnias; quod tamen tam serio ipse commendat: pudore confundor peccata mea coram confessario distinctè confitei. *Pro anima tua no*

*Tit. 3. confundor.*

*Hom. 33.*  
*in Esang.*  
*Et c. 12.*  
*lib. 1.*  
*Reg. in il.*  
*lib. 1.*  
*tergo Do.*  
*mini.*  
*I.*  
*Quid sit & vnde oriatur verecundiâ.*  
*2. 2. 9. 144.*  
*per totam.*

*II.*  
*De quibus operibus procedunt de ore meo.*  
*Eccl. 41.*  
*15. 19.*  
*Eccl. 42. 12.*  
*Tract. 4.*  
*nu. 15.*  
*Eccl. 42. 31.*